

S. 4. Es hat aber die vorhin berührte reforme und Verbesserung in dem Closter Clauf nicht gar zu lange gewähret / sondern nach dem

wird reformirt.

dem

mni alicujus viventis respectu aut prohibitione de suo aliove monasterio eligent, & electum Gandesheimensis ecclesie Abbatissa suisq; sororibus presentabunt, quatenus etiam ipsis jam facta electioni consentientibus virgam pastorem de altari sanctorum Johannis Baptista Anastasi & Innocentii suscipiat, non quod absit canonica illum objectione remove prevaleant, deinceps autem utriusq; ecclesie tam interiora quam exteriora absolute disponat, liber ab omni subjectio- nis alicujus exactione vel servicio, excepto quod eidem Abbatissa suisq; sororibus in consiliis opportunitatem in praci- puis festivitatibus missarum celebrationem in infirmitatibus visitationem libenter exhibebit. Hanc igitur predictarum ecclesiarum conjunctionem ac libertatem pia voluntate ac re- gine nostre Rikinzæ interventu pro remedio animarum no- strarum, ac regni stabilitate confirmamus, & confirmatam presentis sigilli nostri testimonio inviolabilem promulgamus. Confirmamus etiam ecclesie de Clusa tres mansos in villa qua Ludolveshem dicitur, cum suis decimationibus caterisq; us- tilitatibus in pratis, in sylvis & aquis, quos olim Berta bone devotionis Abbatissa eidem ecclesie contulit. Præterea quicquid præfatis Ecclesiis tam ab hac Abbatissa quam à prædecessoribus suis ac reliquis Christi fidelibus collatum est, nos nostra auctori- tate concedimus, ac hujus concessionis periculum, si quis fuerit, regali virtute coercendum, & marca auri debito mul- tandum decrevimus. Fecimus autem hoc coram subscriptis te- stibus Bennicone Preposito de sancto Blasio, Eginvardo præ- posito de Embeck, Bertolfo Ludolfo, Brunone capellanis. Si- frido comite & Hermanno comite Ludolfo de Woltingerode aliis multis regni Principibus, Ludolfo Advocato, Anno- ne cubiculario, Bertolfo de Beines aliisq; multis ministeria- libus.

Signum Domini **LOTHARII** ter-
tii Rom. Imper.

L.S.

Actum Goslarie, Ao. Incarnationis **M.C.XXXIV.** Ind 12.
8. Kal. Febr.